Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 7. De Valachiâ magnâ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

Visual Library

la Bulgarie.

- Varna : *Varne*, celebris Hungarorum, & Chriſtianorum infelici pugnâ; incenſa eſt à Coſakis.
- Conſtantia : *Conſtance*, ad Euxinum pleriſque Tomos Ouidij.
- Vidinum : *Vidine*, olim Viminatum.
- Rhogianum : *Roſi*.
- Siliſtria : *Siliſtra*, circa rudera muri veteris, de quo mox.
- Doroſtorus : *Doroſtore*, ſeu *Dorſtor*, defecit in viculum.
- Tomeſuaria : *Tomeſuar*, quibuſdam Tomos.

DOBRVCIA, ſeu Tartari CIEBELÆ *les Tartares de Dobruces.* Sita eſt in ruderibus eius muri quem excitarant Imperatores Conſtantinopolitani ad arcendos Barbaros: eam incolunt Tartari Turcis addictiſſimi, & eorum perpetui in bellis Chriſtianorum comites.

CAPILLI DERVENT, *le pas de Thrace.*

- Ictimanum : *Ictiman*, burgus luculentus vbi comparantur omnia ad tranſitum, & duces aſſumuntur ad Thraciam ſubeundam.
- Ianiculum : *Ianicoli*, primus vicus à tranſitu in Thraciam.

§. 7. *De Valachia magna.*

VALACHIA *la Valaquie, ou la Valachie.*

- TARGOVISCVM : *Targouisko*, ſeu *Targouiſte*, Vaiuodæ ſedes, nobis *Teruis*, ad Fl. *Ialonitz*.
- Backouia : *Backouu*, ſeu *Backouie*, quam Clemens VIII. ſummus Pontifex Epiſcopi ſedem ſtatuit.
- Aczudia : *Aczud*, paulò infra Backouiam.
- Treſcortium : *Treſcort*, de quo in Admirandis.
- Bralouium : *Brailouu*, in limite Moldauico ad Iſtrum.
- Ialoniza : *Ialonitz*, ad Fl. cognominem.
- Erinifta : *Eriniſt*, ad Fl. *Telez*.
- Dombrouiza ad Fluuium eiuſdem nominis.

MOLDAVIA

- SVCZOVA, ſeu Succhiaua *Czukauu*, nobis *Suchauu*, Vaiuodæ ſedes.
- Chotimum : *Chotim*, magno ſemper præſidio firmata, ad Fl. Tyram *Nieſter*.
- Iaſſium : *Iaſſy*, olim Vaiuodæ ſedes; huius arcem ca-

la Moldauie.

ptam Coſaki diruerunt.
Margoſeſtum : *Margoſeſt*, malè quibuſdam Metropolis.
Tariskum : *Tariſco*, in montanis ad Beſſarabiam.
Galatia : *Galatz*, ad lacum cognominem.
Nuſium : *Nuſz*.

BESSARABIA, *la Beſſarabie, ou l'Iſtrie.*

MONCASTRVM, ſeu BIALOGRODIA : *Bialogrod*, ſeu *Moncaſtro*, aliter *Achermeno*, ſeu *Kermen*, ad lacum dictum *Vidouo*, ſeu *Outdouo*, vbi Tartari ab vrbe ſic dicti *de Bialogrod*.
Thinia : *Teheine*, cum arce ad Fl. Tyram *Nieſter*.
Orichouia : *Orihouu*.
Killia duplex, Vetus & Noua : *Vetus* ad oſtium Boreale Danubij affixa eſt olim Lycoſtomos: *Noua* paulò ſuprà in Boream vergit.

§. 8. *De Tranſyluania*, Sibenburgen.

CICVLI in ſeptem SEDES ſeu Regiones diuiſi, *les Cicules.*

NOVOMARCHIA : *Neumark* Saxonicè, Hungaricè *Zechelvvaſſatel*, ampliſſimum oppidum, vbi frequens Ciculorum Conuentus.
1. In eâdem quoque *Marcu* Zeck, vnde ſedi, ſeu regioni nomen inditum eſt.
2. *Aranyas Zeek*.
3. Girgium : *Girgio*.
4. Cziikum : *Cziik*, ad montes cognomines, ex quibus oritur Fl. *Kikelleuu* maior.
5. Kiſdium : *Kiſdi*, vbi capitulum illuſtre, ex quo pendet Segeſburga cum pagis 48 ad Fl. Alutam *Alt*.
6. Orbæum : *Orbay*, quæ ſedes ſola libertatem retinuit in ea ſeditione, de quâ ſuprà in Politiâ egimus.
7. *Sepſi*, verſus montem Carpathum.

HVNGAROSAXONES

1. Zaaſuuaria : *Zaaſuuar*, cum pagis Regiis vndecim.
2. Ruſmarkia : *Reuſmark*, cum pagis decem.
3. Segeſburga : *Segesburg*, cum pagis ſedecim.
4. *Olczna*, cum pagis duodecim.
5. Schenkerſtulium : *Schenkerſtul*, cum pagis 22.
6. Rupenſium : *Rupenſe*, cum pagis ſedecim.